Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tudinem ut me crucifigeres et barraban dimitteres. V. Ego quidem plantaui te uineam meam electam omne semen uerum. Quom. II. NOCT.

A. Vim faciebant qui querebant animam meam. V. Dne ne in f. A. Confundantur et reuereantur qui querunt animam meam ut auferant eam. V. Expectans. A. Alieni insurrexerunt in me et fortes quesierunt animam meam. V. Ds in noie. R. Insurrexerunt in me testes iniq. et mentita est iniquitas s.

Non dicant iudei. non occidimus xpm. Et enim propterea dederunt eum iudici pylato et quasi ipsi a morte eius uiderentur esse immunes. Nam cum dixisset eis pylatus uos eum occidite. responderunt. Nobis non licet occidere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in iudicem hominem refundere uolebant. sed numquid iudicem deum fallebant? Quod fecit pylatus in eo ipso quod fecit aliquantum particeps fuit. sed in comparatione multo minus ipse. R. Tamquam ad latronem existis cum gladiis comprehendere me cottidie apud uos eram in templo docens et non me tenuistis et ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum. V. Filius quidem hominis uadit sicut scriptum est de eo ue autem homini illi per quem tradetur. Ad cruc.

Institit enim quantum potuit ut illum ex eorum manibus liberaret. nam propterea flagellatum produxit ad eos. Non persequendo dominum flagellauit. sed illorum furori satisfacere uolens. ut uel sic iam mitescerent et desinerent uelle occidere cum flagellatum uiderent. Fecit et hoc. At ubi perseuerauerunt. nostis illum lauisse manus et dixisse quod ipse non fecisset. mundum se esse a morte illius. Fecit tamen. Sed si reus quia fecit uel inuitus. illi innocentes qui coegerunt ut faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eum sententiam et iussit crucifigi. et quasi ipse occidit. R. Tenebre facte sunt dum crucifixissent ihm iudei et circa horam nonam exclamauit ihc uoce magna deus meus ut quid me dereliquisti et inclinato capite emisit spiritum tunc unus ex militibus lancea latus eius perforauit et continuo exiuit sanguis et aqua. V. Et uelum templi scissum est a summo usque deorsum et omnis terra tremuit. Tunc.

Et uos o iudei occidistis. Unde occidistis? Gladio lingue. acuistis enim linguas uestras. Et quando percussistis? nisi quando clamastis crucifige crucifige. Sed propterea non pretermittendum. quia uenit in mentem ne forte perturbet aliquem lectio diuinorum librorum. Quidam euangelista dicit hora sexta crucifixum dominum. et quidam hora tertia. Nisi intelligamus perturbamur. Et iam incipiente